Quaestio Quodlibetaria agitanda In Scholis Medicorum die Jovis 11. Januarii.

D. Joanne de Launay D. M. Disceptatore eruditiss. et acutiss.

An humores Alimentis respondent?

Naturae nullius (corporum) stantis retinens, robur singulis aliquin caducis, dedit semen ad continuam generationem, nutritionem et accretionem perfectionem, quam praeterea agendi et patiendi vicissitudo, in qualitatum contrarietate, natura autem commodo, ac similitudine posita, sed tot hoc modo species perpetuo conservantur. Non dissimili providentia se humani corporis (quod quanto calidius humidius, tanto obnoxius naturae muneribus accedatque triplex effluvium a duplici calore manans) restauretur, ac senii ac interitus necessitas retardetur, alimentorum statum corporis non immutans (quamvis diu vitio plures quam aëre aegrotem, et interdum machinata est.

Id e ventriculo (cujus segnities omnium confusio) fundo suo magis concoquentur, ex ore magis affectentur, vicinarum partium (plus ad coctionem quam ipsi facientium) opem implorare per multiplices mesenterii vias, gignendo sanguini non mixtas, ab hepate (cujus magis quam ventriculi necessaria est actio) attractum, et ab eodem ipsius calore elaboratum in humores quatuor species diffluentes, primorum quatuor corporum vires in nobis imitantes, et ex dissimilibus naturis eorundem singulis partibus nutriendis materiam suppeditantes, commutatur.

Quorum sanguis plurimus calidus humidus dulcis, in venis arteriisque contentus, extra quas in grumum concrescit, et corrumpitur, subiectum caloris nativi, et spiritus (quibus ut instrumentis natura ad omnes actiones utitur) moderatos ac serenos edit officio. pituita frigida humida, qualitatibusque expers, veluti aqua coctioni in sanguinem verti aptissima, nullum quo reponatur organum habens, segnes, somnolentos, et cito canescentes. Bilis flava calida sicca amara per intestina amarescens, cystim in quam se exonerat, nacta: quae plurima ex pinguiori alimenti parte fit, quam adiunctae calida et sicca temperies iracundos ingeniosos, macilentos. Atra bilis frigida sicca, acida atque nigra faex et veluti sedimentum sanguinis lieni tamen amica, timidos, morosos, constantes.

Hi quamdiu temperamenti obtinent mediocritatem animal bene se habet, sin minus ex eorum intemperaturis nascuntur aegritudines: e quarum numero febris est una a sanguine nimiorum incalescente, synochus non putris; a pituita putri quotidiana, cujus typum comitantur vomitus pituitosi, totius corporis gravitas, pudores pituitosi, otio plurimo deditos maxime infestans: a bile flava tertiana quae cum valido rigore progreditur: ab atra bile quartana autumno senibusque valde familiaris. putridorum propriae est judicium pulsus inaequalitas. Humorum aliquo in unam duntaxat particulam decumbente, tum phlegmone, erysipelata, herpetes (quibus excedentibus calidum prodest) oedemata, cancri (quod occultos non curare melius est) vel ex humoribus mixtis mixtas affectiones. quarum remedia a contrariis duci necesse est.

Cum autem alimentorum (cujus pro moltor, quam molles) facultas et consistentia multiplex sit, quibus calor naturae acer est et mordax, corrupta difficilior molitur quam facile concoquunt. Dulci qui secundum naturam se habent, delectantur: qui contra amaro, acerbo, acido: praeparatum, incoctumque, coctius transmutatur, quam crudum. quod assatur, aut in sartagine frigitur, id corpori siccius dat nutrimentum: quod in aqua praelixatur humidius. Multiplex necessitas. Copiosius hyeme, quam aestate, pueris, quam senibus, athletis quam otiosis exhibendum: cujus cognitio, naturali corporum constitutione praecognita, inutilis. Neque vero praeter liquidas solidasque, τῶν ἐνδομένων partes negligenda venit acquisititia ventris distributio. quod enim in bilem, alterum in sanguinem commutatur.

Ergo humores alimentis non respondent.

Asserebat Lutetiae Claudius Rebours Lingonensis. 1571.

Domini doctores Disputaturi.

M. Antonius Duval.	M. Martinus Girard.	M. Claudius Bailly.
M. Eustathius Arragon.	M. Joannes Brice.	M. Stephanus Gourmelen.
M. Lazarus Chenot.	M. Yvo Marchant.	M. Joannes Liebault.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE